

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Omnia Divini Platonis Opera

Plato

Venetiis, M.D.LVI

Platonis de legibus, vel, de legumlatione, ut libri unius, dialogus primus

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-254](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-254)



Leges autē & alia multa circa sacra, regum proprie singulorum, sed haec praecipue. Ne unquam sibi inter se bellum inferrent, imò succurrerent omnes, si quis aliqua in ciuitate genus ipsorum regium extirpare aggrediretur. Cumq; in comune quemadmodū superiores, de bello deq; caeteris actionibus deliberassent, imperij ius Atlantico generi tribuebant. Ceteris autem auctoritatem aduersus aliquem cognatorum, regi non concedebant, nisi plures ex decem quam quinq; in eandem sententiam conuenissent. Talem itaq; tantamq; potentiam qua in illis tunc erat locis deus certo quodam ordine ad haec rursus loca deduxit, tali quadam, vt fertur, occasione. Multa sanē per secula, quoad natura illis diuina perseuerauit, legibus obediēbant, et erga diuinum genus ipsis cognatū benignē affecti erant. Magnifica namq; illorum animis, & vera cogitationes inerant. Vnde & modestia utebantur, prudentiaq; & in his qua aliunde & qua inter se incidissent. Quocirca spernentes praeter virtutem omnia, praesentia parui faciebant, neq; efferebantur, sed tanquam onus quoddam existimabant, auri ceterorumq; copiam. Neq; velut ebrj gemino ex alimento facti in aliquo per incontinentiam aberrabant: imò verò vt potē sobrii acutē cernebant haec omnia cōmuni ex amicitia vna cum virtute incrementum suscipere: horum verò studio & admiratione, disperdi haec, & virtutē amicitiamq; deficere. Quoad in eis mens talis & natura diuina viguit, creuerūt qua supra narrauimus omnia, postquam verò diuina fors in eis longo abusu crebrisq; mortalium rerum affectibus inquinata euauit, mosq; humanus prauauit, tunc primum quia non possent ferre praesentia, dedecori succubuerunt. Nam apud eos qui cernere poterant, turpiter affecti existimabantur, cū pulcherrima ex preciosissimis perdidissent. Qui autē rectam ad beatitudinem viam inspice re non valebant, ij eos praeclearos beatosq; putabant maxime, cū maxime iniqua plus habendi cupiditate & uolentia abundarent. Tunc sanē deus deorum Iupiter qui regit omnia legibus, quiq; potest haec talia cernere, cum de prauari generosam stirpem animaduertēret, hominesq; eos punire vellet, vt adepti temperantiam modestiores cocinioresq; euaderent, deos omnes in sedem eorum honoratissimam conuocauit, vnde tanquam ex medio mundi throno, quacunque generationi subiecta sunt, conspiciuntur. Vocatoq; concilio sic est exorsus.

DEEST FINIS DIALOGI.

PLATONIS DE LEGIBVS, VEL, DE LEGVMLATIONE, VT LIBRI VNVS, DIALOGVS PRIMVS.

MARSILII FICINI ARGVMENT.



**S**ISTERE. Praeterea disciplinam tam Pythagorae speculatiuam, quam

Socratis moralem, à cōmuni hominum consuetudine videri remotiorem. Platonis verò doctrinam speculatiuam pariter et morale, ubiq; ita diuinum cū humano contemperate, vt & cōmuni hominum consuetudini facile possit accommodari, & simul homines ad diuina eterna; conuertere. Neque verò putandum est propterea Platonem à Pythagora & Socrate, quos quasi numina colit, esse diuersum, sed mixtum potius, atque vtriusque ingenij quasi quendam, vt ita loquar, diuini ad humanum moderatorem, vt quodammodo dici possit, in illis quidem ingenium duntaxat diuinum fuisse, in Aristotele verò & ceteris post Platonem philosophis humanum tantum, sed in Platone diuinum pariter & humanum. Quorsum haec? Vt meminimus praesentem legum dispositionem, quoniam ab ipso Platone non per Pythagoricam personam, vel Socraticam vt solet cetera, imò verò per propriam Platonis ipsius personam nobis traditur, non iniuria viam quandam inter diuina & humana mediam obtinere, neq; nos per abditam et in uia quaedam trahere, neq; tamen ad inferiora deducere. Quamobrem decem illi de Rep. libri Pythagorici magis sint atq; Socratici: praesentes verò leges magis Platonicae iudicentur. Illa Respublica uouentis fuerit & optantis, dispositio praesens sit eligentis: ut qui in arduum illud ascendere nequeunt, ad hos saltem eminentiores colles non dedignentur accedere. Considera quanta diligentia humane salutis noster Plato prospiciat, qui non solum per ardua vult videri hominibus admirandus, verumetiam per decliua quaedam facili & propitius esse omnibus atque salutaris. Hic ergo non cogit homines si noluerint inter se facere cuncta cōmunia, permittet vt fieri solet propria singulos possidere. Neque tamen cautissimus auriga noster omnino laxabit habenas. Nam praeter summam aliarum diligentiam legum, prudentissimē sanciet, ne cui liceat ultra certum & illum quidem mediocrem terminum census amplificare, ne alijs quidem copia nimia, alijs obsit inopia, ne cogantur, id quod miserabile esse putat, multi inter patrie suae vlnas esse mendicet. Quod autē persona hic Platonis sub ipso Atheniensis hospitis nomine, & id quidem modestiae gratta lateat, legenti deinceps ex multis perspicue apparebit, ex eo praecipue, quod affirmabit se geminas traclusisse Respub. Conditurus autē leges Graecis, iure à tribus Graecarum legum optimis conditoribus leges accipit, Minoe, Lycurgo, Solone, adimens, addens, mutans, inueniens: atque ita optimam ex cunctis cōponit formam. Et quamuis ab initio constituat ciuitatē & regulam gubernandi, tamen legum positionem nominat potius quam Rempub. Quoniam in ea ciuitate in qua possessiones sunt propria singulorum, propter varias controuersias, lites, iniurias, multū opus est legibus. In quibus constituendus admirandū simul & clementissimū notabis diuini Platonis ingenium. excogitat enim insignis benignitate vir singulis legibus proemia quaedam exhortatoria, quibus humanissimē ciues adducti, libenter parere velint, ac sponte velut filij legum illis obtemperant, quibus alij solent quasi tyrannus inuiti parere, ac pro viribus vel fraude vel violentia earum imperium subterfugere. Addit verò post multa etiam minas, addit & penas propter illos, qui patriam suā, non matrem iudicant, sed no uercam. Descendemus iam ad primi Legum dialogi proprium argumentum, si prius oēs admonuerimus, vt Dialogum Minoem, argumentumq; illius legant, antequam ad has leges accedant. Accedant inquam tanquam & lectionibus eas diligenter obseruaturi, & actionibus penitus seruaturi. Alioquin nisi his obediērint, intelligat se post tam exactam iniustitiae iniustitiaeq; notitiam & minori excusatione & maiori crimine peccaturos. Atheniensis hospes. i. Plato, profectus in Cretam propē Cnosum offendit Megillum Lacedaemonium, & Cliniam Cretensem, quem vna cū nouem alijs Cnosij accersuerant, vt coloniam inde deducerent, urbem conderent, eiq; leges darent. Hi ergo duo ad sacrum Iouis antrū consulturi de hoc accedebant: his factus obuius Atheniensis hospes, quidnam acturi irent in terrogauit. Illi leges excogitatos esse se responderunt. Verum cū multa de legibus interrogati ab hospite, quaestionem haud satis absoluerent, & hospes illis ad leges aptissimus uideretur, obsecrauerūt eum, vt ad ciuitatem legibus instituendā vna cū ipsis adiutor accederet. Obtemperat ergo hospes, & ante omnia principium à quo & per quod leges ad homines peruenerunt, exponit, deum scilicet atque philosophū. Deinde legum perquiri sinem, docens eiusmodi sinem fore tranquillam animorum ciuiliū puritatem, veritatis contem plationi quoad fieri potest sufficientem. Tertio ad ipsam legum formam materiamq; descendit. Leges autē à Deo hominibus inspirari, testis est omnis antiquitas, testes & multi Platonis libri, testes & rationes nostrae in multis dialogorum argumentis adductae, atque in Theologia nostra, ubi de religione agitur, confirmatae. Profecto si natura quae nihil aliud est quam infimum diuinae prouidentiae instrumentum, atque ubicunque prouide videtur incidere, non ducit ipsam seipsam, sed ab ipsa prouidentia ducitur, sinis omnium ordinesq;

Legum poemia exhort.



nesq; & in seipsa prescribente, & naturae prout vult inscribente: si inquam natura talis neque abundat superfluis, neque in rebus deficit necessarijs, certè diuina prouidentia in rebus necessarijs nunquã deficit. Necessaria verò est hominum generi aliter non potenti uiuere congregatio mutua. Necessaria quoque lex congregationi similiter procul a lege subito perituræ. Necessaria rursum legibus diuina est autoritas, ne vel negligentia obsolescant, vel fraude & violentia infringantur. Necessaria tamen comparandæ autoritati diuinae, tum sanctimonia vitæ, tum pena super humanas vires omnibus admiranda. Quamobrem prouidentia dei quæ singulis elementorum, plantarum, brutorum, membrorum speciebus & visibus necessaria prospicit, multò diligentius perfectissimæ animalium speciei colenti diuinitatem, insauciendæ legibus apprimè salutis hominum necessarijs deesse non debet. Adde quod neque potest princeps vllus uastam ciuitatis nauem quolibet momento procellis & periculis inueneris agitatam, absque celesti flamine ad portum usque perducere. Ergo deus tum oculis inspirationibus animorum, tum miraculis manifestis, quoties necessitas exigit, & reuelat mysteria legum, & sancit palàm atque promulgat. Propterea exordium Plato legum adeo iustis felicibusq; inchoat auspicijs, deum non abs re terstatum in principio nominans. Tres enim hic disputant fundatores legum, singuliq; diuino indigent patrocinio. Tres quoq; imitantur auctores legum, Minos, & Lycurgum, atque Solonem. Qui & leges in tria numina retulerunt, Iouem, Apollinem, & Mineruam. Neque id quidem iniuria. Sol enim planetarum dominus potentiam, Iupiter clementiam, Minerva sapientiam continet. Quæ quidem tria totam legis naturam perfectionemq; complectuntur. Quid enim aliud esse dicimus legem, præter rationalem quandam regulam certo quodam ordine ad bonum subito perducentem? ut autem ratio & regula & ordo insit, necessaria omnino sapientia est. Præterea ut perducatur ad finem atque seruetur, in primis potentia effluit. denique ut ad bonum, id est, ad cuiusque commodum, & commode benignèq; conducatur, magnopere clementia prouidet. Tria itaq; apud præcos numina diuinam referentia trinitatem, legibus necessario cõsulunt. Atque idcirco tres similes dotes in principe ad ferendas leges necessariæ indicantur. At quoniam perfectas inuicem has oportet cõcurrere ad perfectas leges constituendas, id verò humana facultas præstare non potest, nimirum ad legum exactissimam sanctionem diuino est opus auxilio. Quod autem nouenarium annorum numerum Plato & in Minos, & hic sepe repetit, quasi necessarium ad leges ab ipso Ioue descendis hominibusq; tradendas, forte significat nouem angelicarum mentium ordinè, per quos velut interpretes ipsa legis sancientiæ ratio ad homines usque transfertur. Omnes verò hos ordines legum interpretes sub vno Mercurij nomine significat in Protogora. Neque verò te lateat nouenario hoc in angelis numero non Christianos solum uti, sed & Platonicos, præcipue Proclum atque Syriannum, quod in Theologia satis ostendimus. Quid verò? si nouenarius hic significet trinum potentiam usum, trinumq; sapientiam, triplicem quoque clementiam? videlicet ut trinum quodlibet tum in lege ipsa sit, tum in iudicio magistratus, tum in ministris & ipsa executione iudicij? Præterea in ipsis rerum actionumq; principijs medijsq; & finibus? Tria verò ter repetita nouenarium manifestè perficiunt. Sed curnam in Repub. ab ipsis Mineruæ sacris, hic verò à sacris Iouis disputationis fundatur exordium? An forte, quoniam disputatio illa Athenis habetur, & de antiqua Athenarum vrbe Minerva dicata tractatur: hic verò in Creta de Cretensi vrbe edificata consultitur, propè ipsum Iouis templum, deq; legibus Minos Iouis filij in principio verba sunt? An potius forma illa Reipub. prior castior erat atq; seuerior, Palladi maxime congrua: hæc verò paulò indulgentior, & sua quadam humanitate Ioui comeniens? Summatim & hic & ibi à votis sacrificijsq; ciuitatis nascentis felicitatè auspicamur. Mitto descriptionem longi huius itineris, & sacros lucos, & arbores templo dicatas, & alia multa quæ cõmentum desiderarent potius quam argumentum. Post verò nonnulla quæ allegoricè docent res humanas præsertim publicas non posse absque diuino quodam patrocinio rectè componi, ideoq; ab ipso deo, qui legum & principium est & finis, esse legum exordium faciendum, incipit iam paulatim de legum fine perquirere, significans harum finem esse diuinum cultum, quandoquidem eiusmodi legum disputatione ad templum Iouis proficiscuntur. Cum igitur legum finis vltimus sit Iouis illius cultus qui fecit mundum, deditq; mundo leges & nobis, nõ immeritò statim negat finem legum esse Martis cultum, interim modestè Minos & Lycurgi leges emendans, quod non tam ad virtutè ipsam simpliciter respexerint, quam ad bellicam declinauerint. Profectò leges debent illud potissimum in ciuitate habere pro fine, ad quem quasi ad signum omnia dirigant, quod à cunctis ciuibus maxime omnium est expetendum. Pugna verò atque victoria cum la-

borum malorumq; plena sit, non propter se quidem optanda est, sed eligenda potius propter pacem, tutamq; vitæ tranquillitatem, quemadmodum nemo ita exoptat viuere, ut in perpetua contra morbos pugna, victoriaq; versetur. Concludit tandem non decere studia pacis ad bellica, sed contrà, bellica potius ad pacis studia officiaq; referre, pacem verò ad expeditum liberumq; veritatis deiq; cultum. In his verò probandis ipsum bonorum genus in multas distribuit species, dicens alia quidem esse humana, alia verò diuina: & à diuinis humana pendere: humanorum autem, quæ longè diuinis inferiora iudicat, primum esse sanitatem, secundum formam, tertium vires, quartum diuitias. horum verò bonorum ducem vult esse prudentiam, ducem insuper diuinorum post prudentiam sequi existimat temperantiam, post hæc iustitiam, post iustitiam fortitudinem. Profecto et hic significat, & in quarto de Republica explicat, tres animæ partes, rationalem scilicet, irascibilem, concupiscibilem: & prudentiam quidem in sola rationali, fortitudinem in sola irascibili esse. Tu quoque pone in sola concupiscibili continentiam. Pone verò in cunctis simul partibus temperantiam atque iustitiam, & utranque nominat totius animæ consonantiam. Sed temperantiam quidem in affectibus, iustitia verò in actibus consonantia sit. Et illa sit animæ sanitas, hæc animæ pulchritudo. At prudentia, oculus: fortitudo verò, manus. Si substantiam animæ puritatemq; contemplationi necessariam spectas, iustitiæ temperantiam antepone: si humanam spectas consuetudinem, præpone iustitiam: Omnino verò prudentiam cunctis quasi oculum pedibus atque ducem. At fortitudinem continentia antepone. Nam fortitudo & circa difficilius versatur, doloris scilicet tolerantiam, & continentia officium, quod est vincere voluptates, in se ipsa complectitur. Ut tranque verò iudicato temperantia iustitiæq; inferiorem. Hæc enim duo integrum animæ totius ordinem magis possident duce prudentia constitutum. Ex his colligit oportere latorem legum & ipsum referre, & referri inbere, humana quidem ad diuina, diuina verò, id est, virtutes ad mentem veritati diuinitatiq; deditam. Dum verò de fine legum disputat, officium quoque ipsarum conditoris exponit: idq; summam esse vult, summa cum diligentia totam ciuitatem colere quasi agrum, ut exquisitum de eligendis ferendisq; seminibus habeat rationem. Deinde de opportuna planta cuiusq; cultura. Item de extirpandis steritibus ab initio noxijs herbis & sentibus. Deniq; de omnibus ad maturitatem suo ordine perducendis. Tu verò inter hæc adverte, turpiore haberi qui voluptatibus cedit, quam qui succubit doloribus. Item fortis viri officium esse non solum metus & pericula superare, sed cupiditates etiam coercere. Præterea neminem secure iudicari posse fortem, nisi diu inter labores & pericula versatus strenuè fuerit. adde & nisi in ipsa licentia & illecebris voluptatum, in quibus probantur proprie continentes, ipse quoque fuerit comprobatus. Adverte non esse tutum vel hominem qui fortis sit futurus, seorsum ab omnibus voluptatum illecebris educare. Præterea totum conditoris legum studium circa voluptates & dolores oportere uersari, ut duo hæc quasi bruta freno non careant. Si enim freno cohibeantur, faciliè felixque vite iter euadit. Si nullo coerceantur freno, difficile admodum & infelix. Notabis & illud de Atheniensibus dictum, probos Athenienses esse præcipue probos: propterea quod soli suapte natura, & diuina quadam sorte, nullo cogente vel perterrente, sint probi. In his Plato significat, in ciuitate male instituta, raros quidem fore cines bonos, sed illos fore omnium præstantissimos. Quoniam cum nulla disciplina tales euaserint, profectò diuina quadam sorte & perfecta natura facti sint tales, quorum etiam tanta sit excellentia, ut communi contagione non inquinentur. Post hæc singulare id cuiusq; artus totiusq; vitæ præceptum considerabis. Oportere eos qui præstantes viri quous in studio euasuri sunt, statim à teneris annis id ipsum tam ludendo quam studendo in singulis ad id conducendum meditari, adeo ut virilium studiorum accommodatissima pueris prælecta proponantur, atq; ita ludentium animi in amorem illius potissimum adducantur, quod in virili etate serio sunt acturi. Inter hæc disciplina sic definitur. Disciplina est, ea vitæ statim à pueritia institutio, quæ in amorem virtutis paulatim adducit animum puerile. Illius inquam virtutis præcipue, per quam vir factus imperare sciat atque parere. Hominem verò oportere & insuper posse disciplinam eiusmodi à teneris annis habere, per illam quæ sequitur humane naturæ descriptionem aptè confirmat: inquit enim, hominem etsi vni quiddam sit, habere tamen multa in se atque diuersa, inter quæ sint tyranni duo amentes quidem & inter se contrarij, animum distrahentes, Dolor atque Voluptas: præterea opinionones futurorum bonorum atque malorum, ex quibus appetitus confidentiaque ad bona, timor autem ad mala nobis suboritur, perturbationesque animi similes. Præter hæc adest iudicium rationis, dictans quid ho-

ATHENIENSIS





rum melius sit, quid peius. Iudicium vero eiusmodi in vno quoque  
 lex priuata est, & in ciuitate lex publica. Quoniam vero animal  
 vnum ex rebus tam diuersis dixerat esse compositum, haud ab re sub-  
 iungit, hominem inter animalia miraculum esse diuinum. Mercu-  
 rium imitans dicentem, miraculum ingens hominem esse. Anima-  
 lium tria sunt genera. Aut enim iam ex corpore quam ex animo im-  
 mortalia sunt, aut ex utroque mortalia, aut ex animo quidem im-  
 mortalia, ex corpore vero caduca. In primo quidem genere cele-  
 stia, & aetherea, & aerea sunt, siue dii siue demones nominentur.  
 In ultimo vero sunt bruta. Sed in medio homines demonesque; aquei  
 atque terreni. Cum enim horum quoque demonum corpora sicut hu-  
 mana ex contrariis componantur, dissolui quandoque possunt, per-  
 turbationesque aliquas afferunt. Sed ceteris iam omnis curam ho-  
 mo miraculum? Quia & cum diuinus sit, mirum est eum a morta-  
 libus infici: & cum sit mortalis, mirum quoque affici ad diuina. Sed  
 cur diuinum miraculum appellatur? Quoniam ita est diuina prou-  
 dentia institutum: & ut Timaeus docet, a deo quidem opifice mun-  
 di rationalis animae substantiam ipsam accepimus, a dijs autem cae-  
 teris naturam quandam vitalem ratione inferiorem, a demonibus  
 denique corpora. Quod autem addit, hominem a dijs fuisse vel lu-  
 do vel studio quodam effectum, sic intellige: ludo quidem factum  
 esse, si anima semper a caelestibus ad terrena atque vicissim quasi lu-  
 dendo transmigrans nunquam immutabili apud Deum sede quie-  
 scat: factum vero studio, si modo penes effectores deos, effectorem  
 deum animus quandoque sit immutabiliter permanens. Vtram-  
 uero distinctionis huius partem eligere debeamus, affirmare hic Pla-  
 to non audet. Probabile tamen habet, ut hic alibi significat, homi-  
 nem studio quodam potius quam ludo fuisse diuinitus constitutum.  
 Siquis autem ambiguum hunc Platonis textum legere ita velit, ut si  
 gnificet vel hominem esse a diuinis animalibus constitutum, ab astris  
 intelligat: vel esse ex animalibus multis compositum, intelligat par-  
 tes affectusque animae nominari a Platone poetice animalia. Quod  
 quidem apparet in nono de Republica & in principio Phedri. Sed  
 ista tu videris. Descendit post haec ad quaedam, quae & si leuora  
 videntur, ad perfectam tamen disciplinae traditionem morumque pro-  
 bationem necessaria sunt. qualia sunt studia musicae, consuetudi-  
 nesque persimiles. Musica vero communissima quadam significatione  
 comprehendit proportionem cuiuslibet ordinem, non solum in sermo-  
 ne, cantu, sono, saltu, sed gymnastico quoque ludo gratiaque coniu-  
 nijs. Haec quidem omnia ita in ciuitate composita esse debent, ut o-  
 mnium perturbationum vitiorumque incitamento sublato corpus & spiri-  
 tum animumque contemperent. Exorditur autem disputationis oppor-  
 tunitate quadam a conuiujs, atque vmo, dicens primo cauendum es-  
 se, ne ad innatas nobis perturbationes accedat quoque ebrietas. Haec  
 enim si temere accesserit, & rationis officia minuit, & perturbatio-  
 nis impetus auget. Probat tamen conuiuium atque meri usum, ea  
 videlicet cautione adhibita, quam in libro sequenti planius explica-  
 bit. Hic vero ad id potissimum conferre iudicat, ut ex liberiori in-  
 terdum usu meri, mores hominum in conuiujs detegantur: solum in-  
 impudenciores audacesque reddere. Illic ergo prudens iuuentutis en-  
 stas deprensus iuuenem praesertim vitjs, impudentia & mederi  
 facilius poterit, & assuescere iuuenes etiam in ebrietate omnium  
 impudentissima seruare pudorem. Quanti vero sit pudor, dedeco-  
 ris & infamiae timor, ex eo constat, quod ob huiusmodi metum iu-  
 uenes, & turpia in primis metunt, & honesta quamuis ardua au-  
 dafter aggrediuntur. Quae quidem duo reipub. maxime omnium  
 tam pace quam bello necessaria iudicantur. Ideoque ad haec ciuium  
 animus infundenda, legum lator diligenti studio debet intendere.

**ATHENIENSIS HOSPES, CLI-  
 NIA CRETENSIS, MEGILLVS  
 LACEDAEMONIVS.**



**D**EVM NE an aliquem hominum, o  
 hospites, condendarum legum cau-  
 sam existimatis? CLIN. Deum, o  
 hospes, deum inquam, ut decet asse-  
 rere apud nos quidem Iouem, apud  
 Lacedaemonios vero, vnde hic est,  
 Apollinem dicturos istos existimo.  
 Nonne? MEG. Certè. ATH. An Homerum secutus ita  
 dicis? Nempe Minoa per nouennium patris collocutione  
 petere solitam, eius monitis, ciuitatibus vestris leges

quemadmodum ille canit, posuisse. CLIN. Sic nostri fe-  
 runt. Fratrem quoque eius Rhadamanthum (audiuisti nomen)  
 iustissimum fuisse. Eumque nos Cretenses, quia sua  
 rectè ius vnicuique distribuerit, hanc laudem consecutum  
 censemus. ATH. Egregia profecto laus, maximeque filio  
 Iouis digna. Verum quia in huiusmodi moribus atque legi-  
 bus ambo educati estis, tu scilicet atque hic, spero nobis non  
 iniucundum fore, si inter eundem de constituendis ciuitati-  
 bus ac legibus differamus. Est autem a Gnofo in antrum  
 templumque Iouis via, satis, ut audiuius, longa, diuer-  
 sariaque per ipsam sub altis arboribus, ut in aestu conuenit,  
 vmbrosa sunt. Nostra igitur aetate conueniens erit, fre-  
 quenter in his requiescere, mutuoque orationis solamine si-  
 ne molestia iter hoc omne transigere. CLIN. Atqui cum  
 progressi fuerimus hospes, cupressos offendemus in lucis  
 proceritate speciemque mirabili, prata quoque amœna, in  
 quibus requiescentes libenter comorabimur. ATH. Rectè  
 nimium loqueris. CLIN. Prorsus, verum haec magis affir-  
 mabimus, quum viderimus. Sed nunc bonis aurbus ea-  
 mus. ATH. Fiat. Sed dic mihi oro, quãobrem conuiuia  
 publica, gymnasia, armorumque arte lex vobis instituit?  
 CL. Arbitror equidem, o hospes, nostra haec esse facilima  
 cognita. Naturam enim regionis huius vniuersam videtis  
 non esse ut Thessalia, planam. Idcirco equis illi magis,  
 nos cursibus vrimur. Inaequalitas haec locorum ad pedestre  
 exercitationem cursumque est aptior. Quapropter armatu-  
 ram quoque leuiorem esse necesse est, ne pondere suo cursum  
 impediatur. Arcuum ergo sagittarumque leuitas maxime co-  
 gruit. Haec igitur omnia ad bellum nobis accommodata  
 sunt: ad idque respiciens legislator, cuncta, ut mihi vide-  
 tur, instituit. Quippe huius gratia ipsam etiam conueni-  
 endi legem sanxisse videtur, quum omnes videret in  
 militia re ipsa coactos, custodia sua gratia, conuiuia ha-  
 bere communia. In quo sane arbitror eum stulticia crimi-  
 ne ceteros condemnasse, quod minime intelligant bellum  
 ciuitatibus omnibus cum omnibus iuge atque perpetuum esse.  
 Nam si dum est bellum, custodia causa conuiuia in-  
 unum celebrare, praefectosque aliquos unã cum subiectis suis  
 armatos tueri ceteros oportet, id ipsum est pacis etiam te-  
 pore faciendum. Quam enim plerique pacem nominant, id  
 esse nomen solummodo existimandum. Re vero ipsa omni-  
 bus ciuitatibus aduersus omnes non indictum bellum na-  
 tura esse. ac reperies ferè, si consideres, Cretensium legu-  
 latorem oes leges tam priuatim quam publice ita nobis  
 conscripsisse, quasi ad bellum respiceret, atque ita illis parere  
 iussisse, quasi ceterarum rerum nulla esset vtilitas, non  
 possessionis, non artium, nisi quis bello superet: cum oia  
 bona eorum qui victi sunt, ad victores ilico transeant.  
 ATH. Probè, o hospes ad exponendum Cretensium leges  
 exercitatus mihi videris. Sed id planius dicas. Nã rectè  
 disposita ciuitatem ita demum dicere visus es, si sic institu-  
 ta sit, ut ceteras bello vincere possit. Itane? CL. Ita pror-  
 sus. hunc et arbitror consensurus. MEG. Haud aliter La-  
 cedaemoniorum quisquam, o diuine vir, responderet. ATH.  
 Verum ciuitas ad ciuitatem ita se habet, pagus autem ad pa-  
 gum aliter? CL. Non aliter. ATH. Similiter ergo se ha-  
 bet. CL. Similiter. ATH. Nunquid & domus ad do-  
 mum, quae eodem in pago sunt, et singuli viri ad singulos?  
 CL. Similiter & ista. ATH. Quid porro de viro quoli-  
 bet ad seipsum est dicendum? Vtrum quemlibet ad se-  
 ipsum

Leges non  
 propter bel-  
 lum latae es-  
 se.



ipsum quasi hostem ad hostem affici dicemus? An aliter?  
 CLIN. Atheniensis hospes. Non n. ego te Atticum nomi-  
 nare volo. Videris namq. dea ipsius Athenas. i. Palladis  
 cognomento dignior esse. Nempè vniuersam hanc ra-  
 tionem ad principium reductam planam fecisti, quo fa-  
 cilis inueniri queat probè isthuc iam fuisse dictum, ho-  
 stes videlicet omnes omnibus esse tam publicè quàm pri-  
 uatim, & singulos sibypsis. ATH. Quò id ais, ò vir mi-  
 rifice? CL. Primà, ò hospes, & optimà esse dico uictoriã,  
 vt seipsum quis vincat. Turpissimum Verò quiddam &  
 pessimum, vt à seipso vincatur. Atq. hæc omnia singu-  
 lis aduersus seipfos bellum esse significat. ATH. Oratio-  
 nem igitur illam resumamus. Nam cū quisq. nostrū, aut  
 superior seipso sit, aut inferior, dicendumne est eodem se-  
 modo domū, pagum, et ciuitatem habere? An aliter?  
 CL. Sitne superior aliqua seipsa, aliqua inferior, dicis?  
 ATH. Idipsum. CL. Id quoq. rectè quasisti. Non n. mi-  
 nus ciuitatibus id contingit, imò maximè hoc in eis per-  
 spicuum. Nā vbi meliores multitudinē peioresq. superat,  
 rectè profectò ciuitas illa superior seipsa dicitur, & hæc  
 victoria non iniuria laudabitur. Contrà Verò, vbi con-  
 trarium fit. ATH. Sed utrū quod peius est, meliore ali-  
 quādo superius & potentius sit, ad præsens prætermitta-  
 tur. longiore namq. oratione indiget. Quod aut abs te di-  
 ctū est, sic intelligo, quod ciues quādoq. cognati et ciuita-  
 tis eiusdē multi et improbi aduersus iustos, paucos illos, cō-  
 spirabūt, vimq. inferēt, ut eos subijciant. Ac si vicerint,  
 ciuitas illa seipsa inferior, prauaq. dicitur: sin aut victi  
 fuerint, superior atq. proba. CL. Mirū est hospes quod dici-  
 tur. sic tamē fateri necesse est. ATH. Age iā et hoc rursus  
 consideremus. Multi ab vno patre matreq. eadē fratres  
 nasci possunt: nec mirū, si plures eorū iniusti erunt, ius-  
 ti Verò pauciores. CL. Nihil mirū. ATH. Nec me decet  
 arbitror aut vos isthuc captare, domū scilicet et cognatio-  
 nē vniuersam inferiorem seipsa videri si prauis superent,  
 superiorem si vincantur. Neq. n. hoc agimus, vt elegan-  
 tiam vel ruditatē verborū obseruemus, quod multi face-  
 re solent, sed vt quæ recta ratio secundum naturam in-  
 legibus sit, quis error, indagemus. CL. Vera loqueris ho-  
 spes. MEG. Probè profectò hucusq. mihi quoq. dictum vi-  
 detur. ATH. Hoc præterea consideremus. Vtrum dictis  
 modo fratribus index quispia præesse poterit? CL. Procul  
 dubio. ATH. Vter igitur melior erit index? Num qui  
 improbos perdet, efficietq. vt probi sibypsi imperēt? An  
 qui probos quidem faciet imperare: improbos autem, cū  
 sponte subire imperiū persuaserit, viuere patietur? Ter-  
 tiū virtute iudicem his addamus, si quis talis reperietur,  
 qui dissidentem cognitionem ita cōmendatā habeat, vt  
 neminem perdat, sed reconciliatū leges conscribat, qui-  
 bus inter se perpetuo amici futuri sint. CL. Logè melior ta-  
 lis index legūq. cōditur erit. ATH. Atqui cōtrā quā ad  
 bellū respiciēs ipsis leges cōscribet. CLIN. Vera loqueris.  
 ATH. Quid aut? Qui ad bellū respiciens, ciuitatē consti-  
 tuit, vtrum ad externa bella respiciet, & ad illa vitā  
 ciuium referet: an intestina, quæ seditiones appellantur:  
 quæ minime omnium et esse in ciuitate sua quiuis cupiat:  
 et si sint, q̄ ocyssimè abolere? CL. Ad hæc planè. ATH.  
 Vtrū uerò perditā ciuiū parte pacē ex seditione cōsequi, cū  
 altera pars potita victoria sit, malit quispia, an potius  
 per recociliationē facta pace amicitiaq. firmata, ad exter-

na bella totius animum ciuitatis conuerti. CL. Hoc pro-  
 fectò potius quàm illud ciuitati suæ accidere quisq. opta-  
 bit. ATH. Nōne et legūlator similiter? CL. Similiter.  
 ATH. An non ipsius optimi gratia leges oēs ferēda sunt?  
 CL. Ipsius nempè. ATH. Atqui optimū nec bellū nec se-  
 ditio est, omnes n. deprecantur, nequid horū sibi incundū  
 sit, sed pax, mutuaq. beneuolentia. Sed neq. victoria il-  
 la qua ciuitas ipsa seipsam superat, optimū quiddā est, sed  
 necessarium potius. putare aut optimū ciuitatis statū  
 in pugnando & vincendo cōsistere, simile est ac si quis  
 optimè cū agrotante agi putet, dum curatur, de eo Verò  
 ne cogitet quidem, qui nūquā agrotauerit. Et si quis si-  
 militer de ciuitatis vel priuati hominis felicitate existi-  
 met, nec ciuiliū reuera unquam vir erit, dū externa so-  
 lū atq. in primis bella respiciet, nec exquisitus legū condi-  
 tor, nisi gratia pacis de bello potius quàm belli gratia de  
 pace leges conscribat. CL. Rectè hæc hospes dicta esse vi-  
 detur. Ego uerò mirarer, si quis forte tā nostras quàm La-  
 cedæmoniorū leges nō belli gratia sedulo positas esse con-  
 tendat. ATH. Fortasse ita sit. Oportet aut non contētio-  
 se, sed quiete rem inquirere, studio quàm maximè tam  
 à vobis quàm ab illis huiusmodi rebus adhibito. Atten-  
 datis igitur oro. Incipiamus à Tyrtaeo, natura quidem  
 Atheniense, Lacedæmoniorū postea ciue, qui præ cæteris  
 hōibus maximè hōi rebus incubuit. Nō si opibus superet  
 cūctos, et plurima solus possideat bona (numerat n. fere  
 oīa) vir mihi nomine dignus abibit, tractandis quisquis  
 non est accōmodus armis. Hæc tu quoque forsitan carmi-  
 na audisti. Nam hunc obrusum iam esse audiendo arbi-  
 tror. MEG. Vulgarissima hæc apud nos sunt. CL. Ad  
 nos quoque hæc Lacedæmone aduicta perueniūt. ATH.  
 In cōe igitur hoc modo hūc pōtā interrogemus: O diu-  
 nē pōtā Tyrtae, sapiens certe ac bonus nobis esse videris,  
 qui excellentibus eos extulisti laudibus, qui in bello excel-  
 luerūt. de quo iam ego & hic & Clinias Gnosius valde  
 tibi assentire videmur. Vtrum aut eisdem de viris dica-  
 mus, an nō, planè scire vellemus. Quare nobis explana-  
 nū tu quoq. sicuti & nos, duo belli genera arbitris, an  
 aliter. Ad hæc arbitror nō Tyrtaeum solum, sed & quē  
 nū illo logè delectiorem, duo protinus responsurū. Alte-  
 rum quod seditionē appellamus, oī umq. grauissimum esse  
 modo cōcessimus. Alterum Verò belli genus, quod oēs po-  
 nimus multo mitius illo, quo aduersus externos & alic-  
 nigenas vimur. CL. Cui dubiū? ATH. Dic igitur no-  
 bis, quos viros in quo belli genere ita valde laudasti, et  
 quos vsque adeo vituperasti? Videris n. eos laudasse, qui  
 externa magno animo bella gerunt. Sic n. in carminibus  
 dixisti, Quisquis nō ausit cædem spectare cruentam, Et  
 durum corā manibus laceffere Martem, Despicio. Hinc  
 nos, ò Tyrtae, eos te laudare colligimus, qui in externis  
 bellis gerēdis præ cæteris clareant. Cōcedet ista Tyrtaeus?  
 CL. Quid ni? ATH. Nos aut, cum hi clari sint, logè cla-  
 riores eos existimamus, qui maximo in bello præstant. Te-  
 stemq. & nos poetam habemus Theognim Megarensē  
 ciuē ex Sicilia, qui ait: Argento fuerit, fuluo equipa-  
 randus et auro Fidis in insana seditione manēs. Hæc ita-  
 que dicimus in grauissimo bello, tāto illo esse meliōrē, quā  
 to sola fortitudine melior est iustitia, temperantia, sapie-  
 tia, fortitudini coniuncta. Nemo enim integer & fidelis  
 sine omnium virtutum numero in seditionibus reperiri po-  
 terit.



terit. Multi autem etiam mercenarij, quod non negabit Tyrtaeus, reperiuntur qui externo in bello intrepide pugnant: quorum plurimi feroces, iniurij, contumeliosi, paucissimis exceptis, oim amētissimi. Quorsum haec quidq; ex his declarandum? Quod videlicet oim tam ille qui leges hic ab Ione dedit, quam alius ois legumlator, si quid modo profuturus est, ita leges condet, vt non ad aliud quam ad amplissimā semper virtutē respiciat. Est autē, vt inquit Theognis, fides illa, qua maximē in periculis lucet. Quam iustitiam perfectam quis noī abit. Ea verō quam summopere Tyrtaeus laudauit. Et si pulchra est, et a poeta opportunē laudata, virtute tamen, qua ex honorabilium genere dicitur, et numero quarto loco relictissime honoranda est. C. I. Ergo hospes legum nostrarū conditorē inter vltimos legū conditores reijcimus? A. T. H. Non illū, o vir optime, sed ipsi nos ipsos, si quidē putemus, et hic, et apud Lacedamonios Lycurgū, et Minocē ad bellū respicientes leges condidisse. C. I. N. Quō igitur de hoc dicere nos oportebat? A. T. H. Vt veritas et iustitia postulat eos dicere, qui de diuina rep. differunt: non ad particulam virtutis, et praesertim ad deiectionē, sed ad vniuersam ipsos virtutē respexisse putandum, et per singulas earū species, leges q̄sisse, nec eas species inuestigasse, quas multi modo proponentes, quarunt. Id enim quisq; maximē querere solet, quo maximē indiget, alius de hereditate, alius de iniuria, alius de ceteris hmoi multis. Nos autē tunc de legibus benē queri putamus, cū ita vt nos modo incepimus, quaritur. At tuū equidem ingressum ad exponendas leges valde probo. Quod. n. a virtute fecisti principium, dicens leges virtutis gratia eōditas, rectē quidē aggressus esse videris: quod autē ad particulam virtutis et eā minimā respexisse conditorem legū affirmasti, haud rectē mihi visus es dicere, atq; idcirco longiore postea oratione vsus sum. Quō autē te nobis distinguere voluissē, si vis, tibi dicā. C. I. Volo equidē. A. T. H. Hunc in modū dicere oportebat, o hospes. Cretensiu leges non temere oibus Graecis in primis probantur. Rectē. n. posita sunt, cū vtentes eis beatos efficiant. Oia enim bona his porrigunt.

ORDO BONORVM.  
BONA

Diuina	Humana
Prudentia	Sanitas
Temperantia	Forma
Iustitia	Vires
Fortitudo.	Diuitia.

Duplicia verō bona sunt, alia humana, diuina alia: dependentq; a diuinis humana. Siqua verō ciuitas maiora suscepit, minora quoq; possidet: sin autem illis caret, vtriq; priuatur. Minorum primū est sanitas, forma secundum, tertium vires ad cursum ceterosq; corporis motus, quartum diuitia. quae caecae non sunt, sed acutē cernunt, si prudentia sequuntur. Quae quidem prudentia diuinorū bonorū dux primus existit. Deinde post mentē temperatus animi habitus. Ex his duobus cū fortitudine mixtis iustitia tertio emergit. Fortitudo quartū tenet locū. Quae oia humana illis natura praeponuntur. Quare oportet vt legum quoq; lator et ipse hunc ordinē sequatur, et mandet oibus vt semper ad haec ipsa respicientes in singulis operentur. humana. n. ad diuina, diuina verō ad mentē principem referenda. Curet praeterea oportet nuptias inter ciues, et generationes educationesq; liberorum, masculorum pariter et faeminarum, tam iuuenum quam

atate promectorum: et eos qui rectē in hisce se gerunt, vt decet, honoret: contra verō dolores voluptates, et cupiditates in oī conuersatione vituperet. Considerabit et diligenter ad quae studia queng raptat amor, rectaq; officia per leges laudabit, vituperabit contraria. Docebit itē atq; desinet quid in cuiusq; affectu honestū sit, quid turpe, circa iram videlicet atq; metū, et alias quacūq; vel aduersis in rebus accidunt perturbationes, vel secundis delicias, atq; circa oēs deniq; motus, qui ex morbo, bello, paupertate, vel horum contrarijs hoies vexant. Post haec necesse est vt legislator quastus impensasq; ciuium diligēter obseruet, et quō fiant agnoscat, cōmercia item in his oibus ac solutiones, quas vel spontē vel coactē faciant: quicquid horū inter se contraxerint vbi iustitia adsit, vbi absit, at aduertat: et parentibus quidem honores, non parentibus debitas pœnas constituat. Demum oibus ad finem vsq; Reip. pertractatis, at aduertat statuataq; necesse est, quō monumenta mortuis extrui, quīue defunctis singulis honores impendi debeant. His deniq; declaratis, legislator oibus istis custodes praeficiet, alios prudentia, alios vera opinione rem administrantes: vt mens in vniū hac oia colligens eō deducat vt temperantiam et iustitiam potius quam diuitias ambitionē mē sequatur. Ita equidem hospites voluissē, atq; et volo a vobis exponi, quo pacto in legibus Iouis, et Apollinis Pythij, quas Minos et Lycurgus scripserunt, insint haec oia, et quonā ordine posita pateant illi qui artificio vel vsu quodam legū peritiā habet, nobis verō alijs nullo modo pateant. C. I. Quo pacto igitur hospes q̄ sequuntur tractanda sunt? A. T. H. Ab initio rursus, vt supra cepimus, tractāda in primis, ea mihi videntur, q̄ ad fortitudinem pertinent. deinde aliam atq; aliam virtutis speciem transigemus, si vobis et ita placet. ac primū iam pertractemus, ad cuiusq; exemplar cetera, vt confabulatio leuamē nobis itineris adferat. postremō verō cū de vniuersa virtute tractauerimus. ea q̄ modo retulimus, illuc respicere, si deus voluerit, ostendemus. C. I. Rectē dicis, conareq; primo nobis Iouis hunc laudatorē excutere. A. T. H. Conabor et te simul, et me ipsum. Ad vtrūq; n. pertinet et me et te haec oratio. Dicite igitur. Nū conuiuia ea qua in cōe fiunt exercitiāq; ad bellum a legūlatore inuenta fuisse diximus? C. I. Vtq; A. T. H. An tertiu vel quartū ad idē inuentū fuisse dicendū? Fortē. n. ita dinumerare oportet, cū in hoc virtutis genere, tū in ceterarum virtutū sine parte, sine quocūq; aliter declarationis dūtaxat gratia noī are deceat. M. E. G. Tertium verō ipse dicere, nec Lacedemoniorum quisquam negaret, venationē excogitatam fuisse. Quartū autē et quintū inuenire conemur. Quartum itaq; pono apud meos praecipuum, scilicet doloris tolerantiam: quae res pugnis inter se ac rapinis quibusdam, multis cū vulneribus quotidie adhibetur. Ad haec occultatio quadam mirabilis, et ad tolerantiam valida, nudis in hyeme pedibus, nudo et saepe reliquo corpore, sine ministris die nocteq; per oēm regionem errantū enarratur. Praeterea in nudorum exercitationibus adolescentū mirabilis apud nos tolerantia, cū intēsi caloris vi resistendū sit. Multa hmoi apud nos alia sunt, quae non facillē quispiam enumeraret. A. T. H. N. Probe loqueris hospes Lacedemonie. sed vtrum ad timores solum atque dolores fortitudini pugna est dūtaxat? an etiam ad cupiditates

v q volupt



Voluptatesq; ac vehementes quasdam blanditias, q̄ eorum etiam qui honesti videntur, aros flectunt; & quasi careos faciunt? MEG. Aduersus hæc oīa. ATH. Si recte dictorū meminimus, hic ciuitatem aliquam seipsa in feriozem, & virū aliquem inferiozem seipso esse dicebat. Itane hospes Gnoſte? CL. Ita prorsus. ATH. Virū igitur eum qui dolore frangitur, an eū qui uoluptate superatur, deteriozem vocare oportet? CL. Eum arbitror qui superatur à voluptate: omnesq; voluptate illaqueatum hoīem, inferiozem seipso magis, & quidem cū opprobrio, quàm dolore demollitū putant. ATH. An igitur Ionis & Apollinis legūlatores claudam fortitudinē posuerunt, quæ ad sinistram quidē aduersis resistere possit: ad dextram verò, rebus secundis & laetis, blandientibusq; succūbat: imò ad utrunq; sufficientē. CL. Ad utrunq; arbitror. ATH. Exponamus itaq; similiter quanam officia vestris in ciuitatibus sunt, quæ gustent quodamodò voluptates, non fugiant omnino, quemadmodū nec dolores refugiūt, sed perinde vt in doloribus sit, ducant in medias voluptates, ad easq; superandas hoīes partim vi impellantur, partim honoribus inuitentur. Vbinam vestris in legibus id conspicitur, quod æquē contrā voluptates sicuti contrā dolores, hoīes fortes efficiat? Victoresq; quorum oportet, ostēdat, nec vllō modò patiatur à proximis cuiq; intra se, & grauissimis hostibus superari? Dicite obsecro, quid apud vos tale? MEG. Non ita facile hospes, quemadmodū multas dolori oppositas leges, ita et voluptati possem producere: nec magnas perspicuasq; partes aduersus voluptates habeo, paruas verò forsan reperiam. CL. Nec ego in Cretenſium legibus similiter id ostendere possem. ATH. Nec mirum est, optimi hospites. Verū si quis inter nos veri & optimi diligens inuestigator nonnihil in patrijs cuiusq; nostrum legibus reprehendat, non graui quidem, sed æquo aīo vicissim ferre debemus. CL. Probè loqueris Atheniensis hospes. Quare tibi parendū censeo. ATHEN. Profecto non aliter Clinia huius ætatis & cōditionis quæ vos estis hoīes, facere decet. CL. Non certè. ATH. Virū rectè necne, Laconicā & Cretenſem Remp. quis reprehēdere possit, alia quæstio est. Quæ verò à multis dicuntur, forsità ego magis quàm utiq; vestrū referre possim. Vo-  
Lex optima  
bis quidē rectè necne constitutæ sint leges, vna certè lex est optima, q̄ iubet ne quis iuuenū querere audeat, rectè ne an contrā se leges habeant, sed vno oīum ore, vnaq; voce rectè tanquam à dijs positas concedi præcipit, nec vllō modò aliter pati quicquam à iuuenibus cogitari. Senem autem si quid excogitarit, principibus & equalibus, nemine iuuenem audiente, referre. CLIN. Rectè loqueris hospes. ac licet tunc à mente conditoris absueris, tamen tanquam vates scitè ista nunc coniecisse videris, veraq; penitus dicere. ATHEN. Itaque nobis ad præsens inuenes nulli adsunt. ipsi verò propter senectutē sine peccato soli de his inter nos differere à legislatore permittimur. CLIN. Est vt dicis. Quare ne parcas, sed liberè leges nostras reprehende. Neque enim turpè est discere, si quid non probè se habet in quo delinquit. Nam hinc si quis non cū inuidia, sed cū beneuolentia accipiat, remedium inuenitur. ATHEN. Præclare tu quidem. Ego verò non antè reprehendam quàm pro viribus diligenter considerato, imò dubitando potius verba faciam. Solis enim vobis Græcorum barbarorumq; omnium quorum no-

titiam habemus, legislator præcepit à maximis voluptatibus incundissimisq; ludis cauere, nec ex his quicquam degustare. De doloribus autem & timoribus, quod modo diximus, sic censuit: si quis à primis annis eos declinare assuescat, fieri vt quoties dolores, metus, atq; labores necessarios subire oportet, fugiat illos qui in his exercitati sunt, eisq; seruiat. Hoc ipsum vt ego arbitror, oportuit, eū de voluptate etiam cogitare, ac istud secum cogitare: si ab inuente ætate maximarū ciues voluptatum expertes erunt, nec docti continere se in voluptate, nihilq; turpe iucūditatis voluptuaria gratia facere, ita succumbent, quæadmodum qui timore vincuntur, & modo quodam alio ac turpiore seruiet quàm illi, qui medijs in voluptatibus sese cōtinere assueti sunt: & qui inter voluptates cōuersantes, oblectamenta sibi suppeditare possint, pessimi forsan hoīes. Atque ita aīum partim seruum, partim liberū habebunt, nec oīno fortes ac liberi appellari debebunt. Cōsiderate igitur si quid ex dictis probe vobis dici videtur. CL. Videtur quidem. Sic. n. oratio est. Sed iuuenem; imò verò amentium penitus esset, de tantis rebus statim ac facile assentiri. ATH. Quid igitur? nū quæ proposuimus nunc prosequemur, d Clinia hospesq; Lacedæmonie: post fortitudinem. n. de moderatione dicamus quæ differentia sit inter has & ceteras Resp. aut quæ casu non lege gubernari videntur, quemadmodum nunc de bello? MEG. Non est fermè id facile. CL. Videntur tamen cōia conuiuia certamināq; gymnastica cōmodè utrisq; adiumenta fuisse. ATH. Videtur sanè, d hospites, arduum esse in Rebusq; ut verbis, ita & re ipsa, vndigtutum aliquid certumq; inducere. Nam quemadmodum in corporibus fieri non pot, vt aliquod vnum vni corpori studium accomodetur, quod non idem alijs prodesse, alijs obesse videatur: sic & in ciuitate. Nempe exercitationes eadem comestationesq; alibi quidem ciuitatibus conferunt, in seditionibus aut obsunt oīno. Cuius rei Milesij, & Boeotij, & Thury nobis exemplo sunt. Atqui hæc studia prisca, videntur veteres & naturales circa venera voluptates non in hoībus solum, sed in bestijs peruertisse. Quæ in re prima ciuitates vestra possent accusari, & alia oēs quibus curæ gymnasticarum exercitationum maximè fuit. Ac seu ioco siue seriò cogitare oportet, cogitandum est, quod cum scemina & masculus ad generandum conueniunt, hmoi voluptas secundum naturam his tributa videtur. Quod maris aut maribus aut scemina sceminis cōmiscuntur, præter naturam voluptas ea est. Et qui primū tale facinus ausi sunt, voluptatis incōtinentia id fecerunt. Omnes porro Cretenſium fabulam de Ganymede vehementer culpamus, quod aduersus Ionem ficta sit: vt cū ab eo leges ipsorum originem habuisse credantur, eū deum imitantes qui leges tradidit, hæc etiam voluptate fruatur. Sed fabula quidē valeat: eorū aut qui de legibus considerant, cogitatio penè omnis de voluptatibus & doloribus tam circa publicos quàm circa priuatos cuiusq; mores esse debet. Duo namq; hi fontes natura scaturiunt: à quibus qui haurit, vnde, quando, quantumq; oportet felix est, priuatus scilicet & ciuitas omneq; at al: qui aut insipienter & præter opportunitatē contrā viuit, infelix. MEG. Rectè ista dicuntur, d hospes, nec quid aduersus hæc dici possit, videmus. Videtur autem mihi Lacedæmoniarum legum conditor rectè fugien-



das esse voluptates iussisse. Gnosys autem legibus Clinia hic, si volet, opitulabitur. Nam apud Spartiatas, quae ad voluptates pertinent, optime omnium disposita esse arbitror. Quo enim omnes homines summopere in voluptates vehementissimas, petulantiamque & insaniam incidunt, id ab vniuersa regione lex nostra exterminauit: nec in agris, nec in urbibus quas Spartiatæ gubernant, compotationes videbis, sed nec compotationibus coniuncta, quibus ad omnes voluptates mouemur. Nec ullus est, qui euidam ebrietate lasciuienti obuiam factus, non maximo ipsum supplicio statim afficiat, neq; Bacchanalium tempus ipsum liberet. Quemadmodum apud vos in curribus vidi, & apud Tarentinos qui nostri coloris sunt, omnem in Bacchanalibus ebriam ciuitatem. Apud nos aut nihil tale conspicitur. ATH. Laudanda hæc omnia sunt, ò hospes Lacedæmonie, vbi contentia quadam est: vbi aut omnino permittuntur, emolliunt. Cito.n. aliquis nostra defendens, te reprehendat, si mulierum apud vos licentiam ostendat. Vna certe in omnibus his & Tarentinos & nos, imò verò & uos responsio liberat, quod hæc probè, non improbè se habeant. Quisq; enim peregrino admiranti quòd insolita videat, respondere poterit. Noli mirari, ò hospes. hæc apud nos extat lex. Apud vos autem ipsdem de rebus forsitan alia lex est. Nobis verò in presentia, ò amatissimi viri, non de hominibus alijs sermo est, sed de conditorum ipsorum virtute ac vitio. Verum latius de vniuersa ebrietate dicamus. Non enim exigua res est, neq; ad abiectum aliquem iudiciu spectat. Non dico vtrū bibendum sit vinum necne, sed de ebrietate querendum inquam, vtrum ita vtendum sit, quemadmodum Scythæ ac Persæ vtuntur, Carthaginenses præterea & Celiberi & Thraces, quæ oēs gentes bellicosissimæ sunt, vel quemadmodum vos, qui vt ait oïno abstinetis. Scythæ verò ac Thraces mero penitus vtuntur tam viri quàm mulieres, ac mero vestes perfundunt, præclarum hoc & beatum vita genus existimantes. Persæ verò alijs quoq; delicijs, quas vos spernitis, valde vtuntur, quamuis moderatius quàm isti. MEG. Sed oēs istos nos tum cum arma ceperimus fundimus atq; fugamus. ATH. Noli hæc, ò vir optimè, dicere. Per multi namq; & fugarunt alios, & ab alijs fugati sunt, de quibus certa quadam eiusmodi causa reddi non potest, fieriq; id sapius. Quare non certum, sed ambiguum argumentum signumq; de honestis officijs & contrarijs in vita sumemus, si ad victoriam belli fugamq; respexerimus, præsertim cū minores ciuitates à maioribus in seruitutem pugnando redigantur, vt à Syracusanis Locrenses, qui optimis inter eas gentes legibus vsi sunt, & ab Atheniensibus Cei. similiaq; hmoi multa liceat intueri. Igitur victoria & offensione belli prætermissa, conemur de vnoquoq; officio secundū se considerantes, quod in quoq; verū est, nobis persuadere. Dicamus aut quemadmodum hoc quidem tale, bonū est: illud aut tale, non bonum. Sed in primis me audiat is, quò in huiusmodi rebus bonū malumq; considerari debet. MEG. Quo pacto id ais? ATH. Quicumq; rem aliquam statim in disputatione propositam vituperant aut laudant, delinquere mihi videntur, idemq; facere, ac si quis cerealem cibum ab aliquo laudatum vt bonum, statim vituperet prius quàm eius affectus percipiat, & qua ratione, quibus, cum quibus, quò preparatus, & quomodo affectus

corporibus offerri debeat. Quod nos modo facere in disputando videmur. Qui cū primum ebrietatis facta mentio est, statim alijs vituperamus, alijs verò laudamus, & valde quidē id absurde. Testibus.n. assertoribusq; utrinque vtentes, alijs quia plures habemus, aliquid fide dignum afferre putamus, alijs quia vino abstinentes vincas in pugna. quod tamen ambiguum nobis est. Si ergò hoc modo etiam in alijs procedemus, nihil mea quidem sententia faciemus. Sed vt mihi quidem videtur, conabor, si potero, ipsius ebrietatis exemplo, viam nobis ac rationem rectam in huiusmodi oibus aperire, præsertim cū gentes innumerabiles de eisdem dubitantes, duabus cū ciuitatibus vestris contendant. MEG. Audiendum est omnino si qua de his recta consideratio inuenitur. ATH. Consideremus itaque sic. Siquis caprarum curam, & genus id animantis habendum ac possidendum probet, alius verò vituperet, cum absque pastore eas per satia pasci damnumq; facere viderit, & omne adeo pecus vel sine pastore, vel malis pastoribus gubernatum conspexerit: nunquid iustam eius vituperationem censebimus? MEG. Nullò modo. ATH. Gubernator verò nauis num si gubernandi solūmodo artem habeat, an si nausea exagitetur aut nō? aut quo tandem pacto bonus dicitur? MEG. Nihil ad artem nauis facit. ATH. Quid autem ductor exercitus? Si bellandi probè teneat artem, nunquid ex hoc sufficiens dux putandus est, etiam si timidus sit, & in periculis ebrietate quadam metus ipsius nauseet? MEG. Quoniam modo? ATH. Quid porro, si neq; artem habeat, et sit timidus? MEG. Ignauū & inutilem narras oïno, neque virorum, sed vilium quarundam mulierum principem. ATH. Qui verò laudat aut vituperat societatem aliquam, cuius esse dux aliquis possit, sitq; utilis societas quoties suum nacta est gubernatorem, ille verò nunquam eam rectè uiderit gubernatam sed semper aut absque principibus, aut cū improbis, nunquid rectè inquam vituperare eam, aut laudare poterit? MEG. Quo pacto id faciet qui nunquā societatem rectè gubernatam prospexerit? ATH. Age iam attende. Compotatores compotationesq; nōne societatem quandam de multis vnam dicemus? MEG. Sumopere. ATH. Hanc verò nunquid inquam rectè gubernatam aspexit quisquam? Sed vobis respōdere faciliū, nunquam id perspexisse. Neq; enim id uobis ex patrijs legibus consuetum. Ego aut multis passim interfui, diligenterq; de omnibus, ut breuiter dicā, quæ sui, nullamq; fermè rectè uniuersam administrari aut uidi unquam aut audiui, sed particulas quodāmodo paruas, quasdam & paucas. Multas aut, ut sic dixerim, penitus aberrare cognoui. CL. Qua ratione hæc dicis, ò hospes? Apertius enodato. Nos.n. ut aiebas, cū nullā huius rei peritiam habeamus, non illico quid rectè, quid minus in ea fiat, cognoscere possumus. ATHEN. Consentaneū id quidem. sed conare me dicente perdiscere. In omni consuetu atq; cōmunitate quaruncunq; rerum gerendarum principem esse oportere fateris? CLIN. Proculdubio. ATH. Atqui paulò ante dicebamus fortem esse pugnantium principem oportere. CLIN. Dicebamus. ATHEN. Fortis autem uir à timore minus quàm timidus perturbatur. CLIN. Est ita. ATHEN. Siquis modus inueniri posset ut exercitui ducem prorsus intrepidum præsiceremus, nōne ad id omni studio niteremur? CLIN. Maxime



ATH. Nunc autem non de exercitu, nec imperaturo aduersus hostes in bello, sed de gubernaturo in pace iucundam amicorum inter se consuetudinem dicimus. CLIN. Sic est. ATH. Ea societas, si quidem ebrietas aderit, nū tumultu carebit? CLIN. Proxime. ATH. Primum igitur etiam his opus est duce. CLIN. Maxime omnium. ATH. Verum igitur principem, quia non perturbetur, si fieri possit, deligere oportet? CLIN. Oportet sane. ATH. Societatis concilianda peritum hunc principem esse oportet. eius enim officium esse debet, ut & presentem amicitiam illis conferret, & maiorem insuper ex eo contubernio fieri procuraret. CLIN. Vera loqueris. ATH. Nōne igitur sobrius et sapiens ebriorum princeps, haud contra, constitutus est? Nam & si iuuenis & non sapiens, sed ebrius erit, ebriorumque princeps, bona fortuna, non consilio imputabitur, si temeritate sua non euertet omnia. CLIN. Optime sane. ATH. Siquis ergo comotationes, dum quoad fieri posset, recte in ciuitate disposita sint, accusaret, re ipsam accusans, recte faceret forsitan. Sin autem propter comotationem vnam turbulentam quam vidit, omnem comotationem vituperet, primum quidem patet ignorare eum nō recte dispositam eam fuisse deinde constat omnia eodem modo, etiam si sobrio domino ac principe fiant, improba visum iri. An non animaduertis quod ebrius nauis aut cuiusvis rei alterius gubernator emerit omnia, siue naues, siue currus, seu exercitus, seu quoduis aliud ab eo regatur? CLIN. Verē omnino id dixisti hospes. sed & hoc pro nobis expone. Quid nobis comotationes, haec si recte aguntur, conferent? Ut quod modo dicimus, recte ductus exercitus victoriam in bello afferret, bonum profecto, non paruum. Idemque de ceteris iudicandum. comotatione verō recte gubernata, quid magis vel ciuitati vel priuatis accederet? ATH. Quid aut puero vno, vel vno quodam caetu recte instituto, magni ciuitas adipiscetur? At enim ita de hoc interrogati respo debimus, paruum ex vnius duntaxat educatione ciuitati vtilitatem accedere. Si autem in vniuersum de iuuenum bene institutorum eruditione quid potissimum conferat reip. queramus, haud difficile dictu erit. Bene enim eruditi, viri probi euadent. Probi autem facti, tum cetera bene agent, tum etiam hostes pugnando vincent. disciplina vique victoriam praestat, victoria nonnunquam negligentiam & ruditatem gignit. Multi enim in victoria elati, alia quoque vitia multa per insolentiam contraxerunt. Et disciplina quidem nulla unquam Cadmea fuit. Victoria verō multa huiusmodi et fuerunt et erūt. CLIN. Videtur, o amice, quasi magnam disciplina partem, communem in vini potu consuetudinē, si recte fiat, laudare. ATH. Profecto. CLIN. Poteris ergo deinceps verum id esse ostendere? ATH. Vera haec ita esse, o hospes approbare, cum multi de eis ambigant, solius dei est, tamen si quod sentio dicam, nulla arbitror inuidia obstabit. de legibus enim & rep. uerba obtinere in praesentia statuimus. CLIN. Age conemur quod tibi de his ambiguitatibus videtur, perdiscere. ATH. Ita decet. Oportet autem ut nos ad discendum, ego ad docendum, orationem omnem conuertamus. Ac primum illud audiat. Graeci omnes ciuitatem nostram & eloquentiam studiosam iudicant & verbosam. Lacedaemonem verō atque Cretam, alteram breuiloquam, alteram intelligen-

tia magis quam verbis studentem. Vereor itaque ne vobis tanquam verbosus parua de re loqui multa videar, dū de ebrietate re quidem parua, nimis longa vtor oratione. Comotationis autem ipsius recta secundum naturam constitutio nunquam poterit sine recta musica regula aperte & sufficienter oratione tractari, nec musica sine vniuersa disciplina. Quae omnia profecto multis indigent uerbis. Videte igitur quid agendum sit. An his in praesentia praetermissis, ad aliam quandam legum questionem iam transeundum? MEGIL. Ignoras forsitan, Atheniensis hospes, familiam nostram communem ciuitatis vestrae hospitum esse. Et quod omnibus arbitror pueris accidit, ut cum audiunt maiores suos ciuitatis alicuius hospites fuisse, beneuolentia quadam erga illam quasi alteram patriam confestim a teneris usque annis eorum illabatur, mihi quoque contingit. Audiebam equidem pueros Lacedaemonios quoties aliquid vel succenserent Atheniensibus vel laudi darent, ita dicere, vestra Megilla urbs nobis id mali intulit aut boni. Atque haec audiens, pugnabam aduersus eos qui vos vituperabant magna erga vos affectus beneuolentia. Ac mihi quidem nunc vestra vox valde iucunda est, quodque vulgo fertur. Probos Atheniensis, praecipue probos esse, verē proxime mihi dictum videtur. Soli enim suapte natura, diuina quadam sorte, non coacti neque facti, sed verē probi sunt. Quare mea quidem causa libere quocumque velis enarrato. CLIN. Si me quoque audies hospes, quacumque in mentem tibi veniant, summa fiducia proferes. Fortasse namque audisti Epimenidem virum fuisse diuinum: qui ex familia nostra fuit, ac decem annis ante Persicum bellum dei oraculo monitus ad vos peruenit, & sacrificia quadam dei oraculo edita fecit, Atheniensibusque Persicam formidantibus classem praedixit, decennio Persas nequaquam venturos: sed & postquam uenerint, infecta re discessuros, pluraque per pestos mala quam fecerint. Tunc quidem maiores nostri vestros hospitali affectu complexi sunt, & ex illo tempore parentes nostri eorumque vobis beneuoli sumus. ATH. Parati ergo vos quidem estis audire ut videmini. Ego autem ad dicendum voluntate promptus sum potius quam facultate paratus. Conabor tamen ut potero. Primum uero quod ad hunc sermonem, quid disciplina sit, quamque vim habeat, definiamus. Per hanc enim eundem est disputationi nobis in praesentia instituta, quousque ad deum ipsum perueniat. CLIN. Ita certe faciendum placeat. ATHEN. Dum ego quid disciplina sit tibi placet. CLIN. Dicis. ATHEN. Afferro equidem eos qui praestantes viri in aliquo euasuri sunt, ab ineunte statim pueritia oportere id ipsum tam ludendo quam studendo in singulis ei negotio conuenientibus meditari. Nempe si quis peritus agricola aut edificator futurus est, ludentem oportet a prima aetate vel colere terram, vel pueriles quasdam domos edificare: atque eum qui educat utrunque, utriusque instrumenta quadam parua, verorum instrumentorum imagines, preparare. Ex doctrinis quoque eas perdiscere debent, quae ad rem suam faciunt. Quippe futurus faber mensurare ac regula vti: Eques futurus equitate ludendo, aut aliquid huiusmodi facere. In omnibus enim ludendo conari debemus, ut eō uoluptates & cupiditates

Atheniensis bonus valde bonus.

Epimenides.



tates puerorum vertamus, quò eos tandem peruenire cupimus. Caput autem disciplinae rectam educationem dicimus, quae ludentis animum in amorem praecipue illius perducit, quod virili aetate perfecte sit comparata virtute artis eius iam acturus. Sed considerate nunc, ut dicebam, si quae dicta sunt hactenus, vobis probantur. CL. Quid prohibet? ATH. Neque tamen indeterminatum relinquere debet, quid potissimum disciplinam esse dicamus. Cum enim vituperamus aut laudamus singulorum educationes, dicere solemus, disciplina instructum hunc esse, illum disciplinae expertem, quamvis cauponariam & nauigandi artem ceteraque huiusmodi optime calleat. Quippe non hanc disciplinam putamus, sed eam quae à pueritia desiderari amarique virtutem facit: & quidem illam, quae perfectus quispiam civis effectus, iure imperare sciat, atque parere. Hanc educationem hic sermo solam disciplinam appellandam esse docet. Illam vero quae ad colligendam pecuniam, vel ad corporis robur augendum, vel ad peritiā quandam aliam absque mente & iustitia conquirendam tendit, mechanicam atque illiberalem, & disciplinae appellatione indignam ducit. Sed nos de verbo quidem non contendamus: hoc autem paulò ante assertum, inter nos conueniat, quòd qui rectam natè sunt disciplinam, omnes ferme prohi euadunt: qui contra, improbi. Quare nulla in re disciplina negligenda est, quae praeclearissimarum rerum prima praestantibus hominibus adest. Et si quis in re aliqua excedit, potestque corrigi, seipsum emendet, idque per totam vitam pro viribus faciat. CLIN. Rectè loqueris, idcirco quae dicis cõcedenda sunt. ATHEN. Atqui olim iam cõcessimus, bonos esse illos qui sibi imperare possunt, malos autem qui nequeunt. CLIN. Scitè admodum. ATHEN. Resumamus igitur id ipsum, ut clarius innotescat quòd dicimus. Ac vos per imaginem id ut liqueat accipiat, si quo modo possim re vobis hanc aperire. CLIN. Dic iam. ATH. Nonne què libet nostrum vnum putamus? CLIN. Vnum. ATHEN. Habentem videlicet in se consiliarios duos, contrarios atque amentes, quos voluptatem ac dolorem appellamus. CL. Et hoc. ATH. Ad hos futurorum opiniones accedunt, quibus commune nomen spes est: proprie vero quae ante dolorem spes est, timor: quae ante contrarium, confidentia. Ad hac omnia rationis iudicium, dictans quid istorum melius sit, quid peius. Hoc si cõmune decretum civitatis efficitur, lex nominatur. CLIN. Vix ego te sequor. Dic tamen quae restant, perinde ac si sequerer. MEG. Idem mihi quoque accidit. ATH. Sic autem de his cogitemus, ut miraculum quoddam diuinum in animantium genere vnumquodque nostrum existimemus, siue ioco siue serio (nò enim id nouimus) à superis constitutum. Illud autem nò ignoramus, quòd hi affectus in nobis quasi nerui aut funes ingeni trahunt nos inuicem retrahuntque ad contrarias actiones, vbi virtus, & vitium discreta versantur. Ratio enim tractionem vnam sequendam semper, neque vquam relinquendam, sed hac ceteris omnibus obnitendum esse edicit, eamque rationis productionem esse auream atque sacram, quae civitatis lex cõmunis vocetur. Et ceteras duras ac ferreas esse, hanc mollem, quòd aurea sit: & vniuersam praeterea, ceteras multiformes. Oportere itaque pulcherrimam nos legis ductionem sequi semper, eique favere. Nam cum rationis iudicium honesta res sit, & mi-

is quidem potius quàm violenta, ministris ductionem ipsius egere, ut aureum in nobis genus alia genera superet. Et sic fabula, quae mira res homo esse narratur, virtute seruabitur: & quae ratione superior quis & inferior quòdammodo seipso dicatur, planius cognoscetur: & quòd oporteat vnumquodque vera in seipso de his tractationibus ratione percepta, ad eam ipsam vitam omnem suam dirigere: Civitatem vero, vel à deorum aliquo, vel ab hoc ipso qui hoc cognouit, ratione accepta eam habere pro lege, ad eiusque normam officia sua secum, & cum alijs civitatibus instituere atque ita virtus, & vitium clarius nobis distincta patebunt. quibus planè perceptis, & disciplina & reliqua studia magis forsitan elucescent. Et ille in potationibus receptus nunc mos, quo de vile fortasse putabitur, si pluribus dicam. CLIN. Fortè non videbitur proluxa oratione indignum. ATHEN. Probè loqueris, quare dicamus quid in ea maxime dignum videatur. CL. Prosequere iam. ATHEN. Si mira huic rei ebrietate addamus, qualem ipsam reddemus? CLIN. Quid istud rogitas? ATH. Nondum dico quid. Sed si mira haec res illi se commisceat, qualis redditur? Verum apertius etiam quòd volo, dicere conabor. Tale quiddam interrogo. An vini usus voluptates, dolores, iras, amores, vehementius concitet. CLIN. Maxime quidem. ATH. Vtrum etiam sensus, memoriam, opinionem, intelligentiam similiter vehementiora efficiat. An prorsus extinguat, si quis ebrietate fuerit occupatus. CLIN. Omnino certè extinguit. ATH. Ad eum igitur animi habitum redit, quem puer primis ab annis habebat. CLIN. Profecto. ATH. Quare minime tunc suspensus compos erit. CLIN. Minime. ATH. Erit itaque pessimus. CLIN. Valde. ATH. Non solum igitur senex, ut videtur, bis erit puer, sed ipse etiam temulentus. CLIN. Optime id hospes est dictum. ATHEN. Poterit ne ratio nobis aliqua suadere hanc rem aliquo pacto gustandam esse? neque esse totis viribus fugiendam? CLIN. Poterit forsitan, ut ais, & modo paratum te dicere ostendebas. ATHEN. Optime meministi. Nempè & nunc paratus sum, quandoquidem vtrique haud grauatim audire promissisti. CLIN. Quidni audiamus, & si non ob aliud, tamen quia mirum absurdumque videtur, si oportebit quandoque hominem spontè seipsum in omnem prauitatem abicere? ATHEN. Animine dicis? CLIN. Animi. ATHEN. Nunquid autem mirabimur, o amice, si quis in corporis prauitatem, maciem dico, deformitatem, imbecillitatem spontè deueniat? CLIN. Quidni? ATHEN. An igitur putamus eos qui vtrò medicorum phar maca accipiant, ignorare se paulò post ita corpus per aliquot dies affectum habituros, ut si affectum similiter perpetuo sint habituri, viuere nolint? An etiam ignoramus eos qui gymnasia, & labores subeunt, imbecilles lassitudine confestim fieri? CLIN. Haec omnia nouimus. ATHEN. Atqui & istud, quòd cuncti futurae vilitatis gratia ad haec vtrò tendunt. CLIN. Praeclearè. ATHEN. Nonne eodem modo de ceteris rebus existimandum? CLIN. Eodem prorsus. ATHEN. Non aliter quoque de computatione vini cogitandum est, si datur hoc in istis rectè considerari. CLIN. Sic certè. ATHEN. Si vilitatem aliquam habere perspicietur nihilo inferiorem, quàm quae in corporali exercitatione inest, benè qui-

Nocumen-  
ta à vino.

Temulen-  
tus etiam  
bis puer.

Recta ratio.



dem . principio tamen in hoc exercitationem corporis superat, quod hanc dolorem habeat, illa non habeat. CLIN. Recte id quidem. Sed mirarer equidem, si quid tale in eo possemus percipere. ATHEN. Hoc ipsum iam explanare conandum. Quare mihi dicas. An duas timoris species inuicem penè contrarias possumus cogitare? CLIN. Quas dicis? ATHEN. Has inquam. Timemus profecto mala, cum futura expectamus. CLIN. Timemus. ATHEN. Metuimus quoque sapenimè existimationem, cum formidamus ne dicendo aut faciendo aliquid minus honestum, mali videamur. Quem quidem timorè nos, imò oēs, ut arbitror, pudorem appellamus. CLIN. Cui dubium? ATH. Hos equidè timores duos dicebam, quorū alter contrarius quidè est doloribus ceterisq; timoribus, contrarius est plurimis ingentibusq; voluptatibus. CLIN. Recte admodum. ATH. Nōne igitur, & legislator, & quis alius qui prodesse hoībus quoquomodo possit, hunc timorem maximo honore colat, vocetq; pudorem? confidentiam verò huius contrariam impudentiam noīet, ac maximum priuatum & publicè malum hoībus arbitretur? CLIN. Recte dictum. ATH. Is utiq; timor & in alijs multis ingentibusq; nos maxime seruat, & in bello, si unum vni comparetur, hic certè maxime omnium victoriam nobis salutemq; largitur. Duo . n. sunt quæ victoriam pariunt, aduersus hostes quidem audacia, aduersus amicos autem turpis infamia timor. CLIN. Est ita. ATH. Intrepidū itaq; unumquē nostrum, & timidū fieri oportet. Quā ob rem verò ita vtrunq; oporteat, iam distinximus. CL. Omnino. ATH. Atqui quoties intrepidum aliquem reddere volumus, in multarum terrorem formidinum lege impulsus, talem efficiamus. CLIN. Ita videtur. ATH. Quem verò, ut timeat quæ timenda sunt, inducere volumus, eum profecto debemus rebus ad impudentiam declinantibus tentare, in pugna cōtrā voluptates domesticas, aut anteacta vitæ institutum exercere, & ad victoriā cohortari, atq; ita vincentē verè fortem reddere. Qui verò nec periculū sui fecerit vllum, neq; in his certaminibus exercitatus fuerit, ne mediam quidem suarum viriū partem ad virtutē habeat. Tēperatus autē quō erit perfectē, nisi voluptatibus atq; cupiditatibus plurimis ad impudentiam & iniuriam compellentibus fortiter repugnauerit, ac ratione operēq; & arte tam iocosis quàm serijs in rebus deuicerit? An temperans erit inquam qui nihil hmoi sit perpeffus? CLIN. Haudquaquam verisimile est. ATH. Sed dic oro, num aliquod ad inducendum timorem pharmacum deus quispiam hominibus dedit, ut quanto plus ex eo quis bibat, tanto ex qualibet potatione infeliciorē se fieri putet, cum omnia tam præsentiā quàm futura sibi metuat, atq; ad omnem formidinem etiam si fortissimus omnium sit, tandem deueniat: cumq; dormierit, & à potione huiusmodi liberatus fuerit, rursus sibi idem quotidie accidat? CLIN. Et quam, o amice, huiusmodi potionem in hoīum vita fuisse unquā dicemus? ATH. Nullam utiq;. Tamen si reperiretur hæc potio, eßetne ad fortitudinē conditori legū idonea, ut tale quid de ipsa dicere ad latorē legis possemus? Age primum dic legum conditor, siue Cretenisibus, siue quibuscunq; alijs leges conscribis. Vtrum velles de ciuibus tuis posse fortitudinis, & ignauiæ periculum facere? CLIN. Velle se profecto quilibet responderet. ATHEN. Deinde vtrum id tutò,

neque magno imminente periculo, an contrā? CLIN. Tutò scilicet atq; secure quilibet confitebitur. ATHEN. Nū igitur potione hac vteris ita eos ad terrores compellens, et in ipsis perturbacionibus arguens monitu tuo ac iussu, ut ciues tuos imperterritos facias, alios honorans, alios aut vituperans, si tuis monitis non paruerint? Atq; eos qui strenuè exercendo se gesserint impunes relinquis: at eos qui contrā, pœna afficias? An nullo modo vteris, quamuis nihil habeas quod in ea potione accuses? CLIN. Cur non vterur hospes? ATHEN. Exercitatio quidem, o amice, præter cōsuetas miræ facilitatis est, qua vel unus vel pauci possunt aut quotcunq; volueris exerceri. Ac siue quis solitarius in loco solus ignominiam ab oculos ponēs, quod priusquam profecerit videri nolit, ita aduersus formidinem se exerceat, potione hac sola præ multis rebus alijs preparata, probè aliquid profecto efficiet, seu quis cōfidens natura se & vsu satis instructum, non formidet cum multis compotatoribus exercitari, vinumq; in poculo necessariò exhauriendo perdendoq; ostendere adeo præuolens & exuperans, ut nulla in re magna per impudentiā erret, & propter virtutē status non moneatur, ac iuxta vltimā potionem antè ebrietatem discedat apprime cauēs, meri in omnes homines violentiam. CLIN. Certè & hic, hospes, ita se gerens, moderatus euadet. ATHEN. Rursus ad conditorem legum ita dicamus. O legis conditor, neq; deus tale adhuc hominibus timoris dedit pharmacū, neq; ipsi excogitauimus. Ipsos namq; veneficos inter conuiuas non numero. Confidere autem valdè, & intrepidè præterquam oportet audere in quibuscunq; vtrum potio quadam an nulla est, quæ facit. CLIN. Vinum esse dicet. ATHEN. Porro cōtrā id facit quàm ea potio de qua modo facta est mentio. Nam cum biberit quis, primo alacrior fit quàm prius erat: deinde quo plus biberit, eo maiore & meliore spe est, & fortius de se sentit. Tandè quasi sapiens, ea homo confidentia, libertate, audaciāq; repletur, ut intrepidè & dicat, & faciat quicquid placeat. CLIN. Arbitror equidem oēs id concessuros. MEG. Certè omnes. ATHEN. Recordemur itaq; nunc duo quadam esse quæ in nostris animis curanda superius diximus. Alterum ut maxime confidamus, alterum ut maxime formidemus. CLIN. De pudore dicta hæc existimamus. ATHEN. Recte tenetis. Sed quoniam fortitudinem imperterritiq; animi habitum in timoribus addiscere oportet, considerandum nunquid contrarium addiscere in contrarijs conueniat. CLIN. Consequens id est. ATHEN. In his igitur quæ perpeffis confidentes audacesq; maxime fieri natura solemus, cogitandum videtur ut quàm minimè impudentes & audaces simus, sed contrā formidolosi ad dicendum, aut patiendum, aut agendum quicquam turpè. CLIN. Ita videtur. ATHEN. Nōne hæc ita sunt, in quibus tales sumus, ira, amor, petulantia, inscitia, auaritia, secordia, & ad hæc illa, diuitia, forma, vires, & quæcunq; voluptatis ebrietate quadam homines amentes faciunt? Ad horum omnium leue & innocuum periculum faciendum, inducendamq; exercitationem, nullam habemus voluptatim commodiorem ea, quæ potione mores examinat, si modo prudens quadam cautio adhibeatur. Videamus enim. Duri & agrestis animi, vnde iniuria nulla pullulant, vbi experimentum capere tutius sit, in commercii sine

qua



qua vel maxime ingenium declarare videntur, an Dionysij spectaculis, aut Venerea in re animo succumbente, ut mores alicuius in periculum vel filia vel filij, vel uxoris pudicitia exposita, probes? Equidem si infinita commemorares, nunquam inuenies in quo per iocum, sine omni prorsus periculo spectare ingenia sic ut in vino licet. Qua de re neque Cretaenses, neque alios hominum ullos dubitatuos nunquam putamus, quin huiusmodi morum examinatio conueniens sit, ac praeter ceteris facilis, tuta, breuis. CL. Verum id quidem. ATH. Hoc igitur vilissimum quiddam erit, naturas & habitus animorum arte illa cognoscere, qua ista curanda sunt. Est autem hoc, ut arbitror, ciuilibus facultatis officium. An non? CL. Sic est omnino.

DIALOGVS SECVNDVS DE LEGIBVS, VEL, DE LEGVM LATIONE.

MARSILII FICINI ARGVMENT.



LATO noster mirifica in genus hominum charitate, nihil in disputationibus suis intentatum relinquit, quod ad humanam salutem quaui ratione conducere videatur. Atque dum id studiosè contendit, maualt vel prolixum, vel etiam curiosissimi crimen subire, quam negligentis. Ergo exquisitam in se cumdo etiam libro atatis tenera & prosequitur disciplinam. Animaduertens enim pueros feruere ut bestias, quasi nihil pensi habere, sed & quocumque voluptas trahit, prorumpere, & undecumque retrahit dolor, protinus aufugere, non iniuria prius quam male vel prosequendi, vel fugiendi procliuas in habitum inolescata, auriga pueri & equis imponit, voluptatis videlicet, & doloris habenas manutentem. Quem quidem aurigam nominat disciplinam, virtutem scilicet, quae primo pueris aduenit, quae voluptas, & amor, dolorque & odium per alienam rationem rectè in animos influunt, antequam ratione proprie moueantur: ratione deinde praesente, propria insuper rationi consentiunt, propter superiorem bonorum morum consuetudinem. Hanc ipsam consensionem, vniuersam vult esse virtutem. Ipsam vero decentem circa voluptates & dolores assuetudinem, per quam ab initio usque ad extremum vitae homines oderint, quae odisse oportet, & amant quae amanda sunt, quam diu sub alterius regitur ratione, nominat disciplinam. Deinde vero, cum rationi propria iam expergescit & consentit, nomine virtutis appellat. Eiusmodi vero vitae moralis fundamentum maxime esse momenti, vel Aristoteles ipse in Ethicis magnopere comprobatur. Cum vero in quietia sit puerorum natura, oblectamentorumque per omnia cupida, & idcirco seueram non suscipiat disciplinam, merito sub honesta musica & illius communissime voluptate virtutis vestigia praeserente, iubet pueros educari: imò vero & seniores interdum, quibus ad laboriosae vitae solamen oblectamenta quaedam honesta sunt adhibenda. Hanc utique ob causam inquit deos laboriosam vitam hominum miseratos, haud ab re in laborum remissionem solennis illis sacra festaque instituisse. Musas quinetiam, & Apollinem, & Bacchum ad haec concelebranda duces adhibuisse, qui morum lasciuiam emendarent, & naturam auidam motionis per musicam motionum rationem moderarentur, honesteque deleclarent. Haec autem verba non solum musicae usum laudant diuinitus commendatum atque concessum, verum etiam allegorice docent hominem multis de causis brutis fore miserio rem, nisi diuina prouidentia atque cognatione diuinum cultum religionemque susceperit. In qua quidem Muse diuinam significant veritatis inuentionem religiosam a Deo concessam: Apollo autem inuentionis eius gratiam expressionem atque vaticinium. Bacchus denique, tum mentis abstractionem, tum opera religiosorum hominum admiranda. Animaduerte harmonicam rationem nobis praecipue a diuina prouidentia esse tributam, per quam oēs inquiete naturae motus qui suapte natura inconcinnis forent, concinnaremus. Sed a Musis quidem habemus motionis animi consonantiam, ab Apolline praeterea concentum in sermonis cantibusque motu, a Baccho denique festiuam in motu membrorum concinnitatem. Dum uero de has per musicam

disciplina, & ad pueros omnino, & ad seniores etiam pertinente, diligentissime disputat, eadem quae & in Reipublica posuit, repetit instaurata, per quae poetas, musicos, pictoresque, nunquam licentia concedatur quodcumque uoluerint imitandi, sed honesta duntaxat et gratia pro salute spectantium & audientium imitetur. Imitationis autem iudices esse vult peritos homines, atque grauissimos, iubetque ut per honestam imitationem quotidie frequentatam adolescentes assuescant in ludis omnibus pariter atque studijs semper rebus eisdem, quibus et leges senioresque gaudere atque dolere. Quam quidem assuesfactionem totum virtutis fundamentum iudicat continere. Inter haec nonnulla memoriæ commendato ad praecipua morum plurimum conducentia. Inustus etiam si cuncta quae inter homines habentur bona, possideat, est infelix: & quando ita uiuit, praestare ei dicendum est mori quam uiuere. Item quicumque honestum, utile, incundum, inuicem loquendo discreuerit, non est audiendus. Et quamuis honesta, iustaque uita possit interdum uideri laboriosa, nunquam tamen id pueris est dicendum, imò uero iustissimam uitam fore omnium incundissimam. Quod tandem fore necessarium Plato asserit, quamuis fortassis quibusdam disputat, aliter videatur. Idque tacere iubet. Veritas tamen pulchrum quiddam est, & stabile. Descendit post haec ad uinum usum, quem uult a iuuenibus ante annum aetatis decimum & octauum penitus ignorari. Alioquin ignem inquit, ad ignem tam in animam, quam in corpore infundit. Post hanc aetatem uinum moderate bibi permittit. Post quadragesimum uero annum in conuiujs inter deorum hymnos concedit unum liberius bibere, quasi remedium aduersus duritiam senectutis, per quod reiuuescere uideamur, et mestitia nos obliuio capiat, ipsaque affectio animi, sicuti ferrum in igne, ex duritia in molliem ducta flexibilior fiat. Quo effici uult, ut seniores qui alioquin cantare nolent, facti hilariores in conuiujs ad iuniorum aures cantare uelint, utque uia eorum animis, ut ita dixerim, incantare. Quae quidem incantatione per melodiam grauitate concinentem iuniorum animi temperentur. In his legendis, notabis gratiam ipsam, in rebus quidem pulchritudinem, in cognitione uero voluptatem cognominari. Notabis nullum animal praeter hominem rhythmici & harmoniae sensum habere. Atque rhythmicum esse ordinem in tempore atque motu: Harmoniam uero esse ordinem in ipsa uocum per acutum & graue temperantia. Quod sepe harmoniam dicimus concentum Latine proprie dicimus. Quod autem rhythmicum, comode numerum dicere possumus, modo intelligas numerum in tempore atque motu. Notabis quae in re uini consistat utilitas, & qua cautione sit bibendum, praesentibus uidelicet conuiuio conditori bus legum siue custodibus, sobrijs quidem & mores bibentium obseruantibus corrigentibusque, & tunc opportune quando per uinum molliores facti fuerint, reformantibus. Concludit denique, si eiusmodi cautionibus ciues in conuiujs utantur mero, tanquam ad ea quae dicta sunt utile concedendum: usum uero eius ad suam cuiusque libidinem ciuibus suis procul arcendum. Quippe cum sacra Palladis arces, quae ante omnia colenda sunt, impudentissime pulset.



EINCEPS autem de his considerandum est, utrum id solum bonum habeant, ut perspiciamus quo natura habeamus, an magna etiam utilitas multo studio digna in uini potatione, si recte fiat, insit. Quid igitur dicimus? Inest utique, ut ratio haec insinuare videtur. Vbi autem, & quo, attente obsecro audiamus, ne ex ea re praepediamur. CL. Dic igitur. ATH. Repetere itaque memoria cupio quid rectam esse disciplinam dicamus. Huiusmodi. Ut in praesentia conuicio, est in hoc officio quando recte institutum est salus. CL. Magnum dicit. ATH. Primum profecto puerorum sensum esse dico voluptatis atque doloris: atque haec duo esse in quibus primum virtus & vitium animo innascuntur. Si cui autem prudentia, & uera opinio ac stabilis uel in se neclute affuerint, felix est. perfectus porro uir est, qui haec & quae in his sunt omnia possidet bona. Disciplinam appello uirtutem quae primo pueris aduenit. Si voluptas, & amor dolorque & odium recte in animos influant antequam ratione moueantur, & ratione deinde praesente, rationi consentiant propter superiorem bonorum mo-

conuicio  
conuicio  
conuicio

conuicio  
conuicio  
conuicio

conuicio  
conuicio  
conuicio

Primus sensus puerorum est voluptas & dolor.